Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



los spicarum primitias messis uestre ad sacer-
dotem. Qui eleuabit fasciculum coram domino. ut
acceptabilis sit pro nobis. altero die sabbati.
et sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso
die in quo obtulistis manipulos primitiarum
septem ebdomadas plenas usque ad alteram diem
expletionis ebdomade septime. et sic offere-
tis sacrificium nouum domino ex omnibus habi-
taculis uestris. panes primitiarum duos. de dua-
bus decimis simile. quos eleuabit sacerdos
coram domino. Et uocabitis hunc diem celeberri-
mum atque sanctissimum. omne opus seruile non facie-
tis in eo. Legittimum sempiternum erit in cunctis
habitaculis uestris. dicit dominus omnipotens. lect. lib.
In diebus illis. Dixit moyses Deuteronomii.
filiis israel. Audi israel que ego precipio tibi hodie.
Cum intraueris terram quam dominus deus tuus tibi
daturus est possidendam. et obtinueris eam
atque habitaueris in illa. tolles de cunctis
frugibus tuis primitias. et pones in cartal-
lo. pergesque ad locum quem dominus deus tuus elege